HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 62r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



62

spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. considerantes
uos meipsos. ne et uos temptemini. et ni pluralis inferre numeri
singulare. Hebreus quia et hebreus. et quia esset in uernaculo sermone
doctissimus. profundos sensus aliena lingua exprimere ni ualebat. nec
curabat magnopere de uerbis. cui sensui haberet in textu. Hec secundum
simplice intellegentiam. ceterum ut et sedes expositionis ordine prosequamur.
locus iste de epistole ad romanos fine pandendus est. Ubi enim eius
similiter de escis et obseruationibus scribere iudeos. et eos qui iuxta le
gis litteram precepta contempnere firmos atque perfectos. illos uero qui adhuc
antiqua consuetudine ducebantur infirmos paruulosque narrare.
et uidere uirgini et inter spiritales et carneos. admonuit spiritales ne
contempnerent carneos. Ait. Infirmum autem in fide adsumite. ni in
disceptationibus cogitationum. Alii enim credit manducare omnia. quia autem
infirmus est holus manducat. Is qui manducat ni manducantem ni
spernat. et qui ni manducat manducantem ni iudicet. Dei enim illum ad
sumpsit. Tu quis es qui iudices alienum seruum. Suo domino stat aut cadit. Sta
bit autem. potens est enim dominus statuere illum. Et multa in medio sup hoc sensu
disserens. adiecit in fine. Holus propter escam destruere opus dei. Et cetera. Debemus
autem nos firmiores. imbecillitates infirmorum sustinere. et ni nobis placere.
Unusquisque uestrum primo suo placeat ad bonam edificationem. Alter alterius 55
onera portate. et sic adimplebitis legem xpi. Quia peccatum onus sit.
et psalmista testatur dicens. Iniquitates meae eleuatae sunt super caput meum.
quasi onus graue gratiae sunt super me. Et zacharias in specie mulie
ris uidit sup talentum plumbi sedere iniquitatem. Hoc onus saluator
pro nobis tulit. suo nos exemplo docens. quid facere deberemus. Ipse quippe
iniquitates nras portat. et pro nobis dolet. et eos qui peccatorum ac legis
onere sunt depressi. ad leue onus uocatos inuitat dicens. Iugum meum
suaue est. et onus meum leue. Qui quia fratris ni desperat salutem. sed manum
porrigit depeccanti. et quantum in se est flet cum flentibus. infirmum est cum
infirmis. suaque iudicat aliena peccata. iste pro karitate ad implere 55
legem xpi. Quae xpi lex est. Hoc est. mandatum meum ut diligatis inuicem.
Quae lex filii dei est. Diligite alterutrum. sicut ego dilexi uos. Quomodo di